



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

3. Si non obaudierit, curva illum compedibus; verum sine iudicio facias  
nihil. Eccl. 33.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

tuam avaritiam non bene solvitur nec nutrimenta dantur; Accipe pro impiis, pro impudicibus, & pro furibus & latronibus eos, qui ibidem permanere contenti sunt.

## REGULA TERTIA.

*Si non obaudierit, curva illum compedibus, verum sine iudicio facias nihil. Eccl. 33.*

## PARAPHRASIS.

*Si non vult obedire, punias eum, sed nihil age ex passione & sine iudicio. Tuas exasperationes & clamores cholericis illum non corrigunt, sed te ipsum pervertunt, & te magis quam eum constituunt culpabilem.*

## REFLEXIO.

**A** Tempore quo eum cognoscis incorrigibilem, dimitte illum, & crede, quod è re tua magis fit, uno mense citius illo carere, quam totum mensem impendere in cholera, & continuo errores impatientiæ & iræ committere; sed si iudicas quod possit corrigi, & sufficientes rationes habes, ex quibus sperare



rare possis emendationem pro tuo ser-  
vicio, distingue errores pigritiæ & mali-  
voluntatis aut malitiæ ab erroribus  
ignorantiæ, & in his quoad potes, cum  
iudicio & iustitia procede.

Excellentissimum remedium domi tuæ re-  
spectum & timorem conservandi pro  
tuo famulatio, est ut seriò rem agas cum  
domesticis, & cum iis pauca verba con-  
feras. Scias omnia quæ faciunt, sed cetera  
illis quid tu cogites, & quid sis facturus.  
Tantum respectus erga te habeant  
quantum moderationis tu erga eos ha-  
bebis. Adorabantur olim Idola, quæ  
erant statuæ hominum, quæ oculos ha-  
bebant apertos, nihil tamen loqueban-  
tur.

Dominus qui videt omnia quæ de  
mi suæ fiunt, & nihil loquitur, conser-  
vat ibidem respectum sui; quasi figu-  
ram Dei timent eum, quamvis nemi-  
minetur, & solus timor, ne loquatur  
continet unumquemque in ordine  
obligatione.